Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De pissibus

illius pissis in quo purpura tingitur

Murices sunt ostrea quedam conchilia que in ortu canis latent et alys certis pdeunt temporibus hec ostrea in vena candida que hunt huiu rem gestant preciosum ad tincturam que cum mortue sunt non hunt quia ut dicit plinius cum vita evomunt succum Mucianus phus testatur quod cum navis omni sua puis castradis iret ad regem predum murices adherentes navem fiterunt eam et stare fecerunt immo lex sic navem figere dicimus ethmum hec albertus

Musculi ut dicit Isidorus codem de quo lacte concipiunt ostree et dicti musculi quasi masculi quia sunt balena masculi et enim coitu concipe hec belue perhibentur huic et musculi cochlearum quorum lacte concipiunt ostree hoc dicit hug.

Mus marinus exit de aqua et faciens foveam in terra et apit ea et post tresmin cum exierit fetus revertens effodit prius et secum ducit in aquam fetus aute primo est cecus hec albertus

Sequitur de pissibus quorum nomina inchoant ab N

Nasus est pissis in danubio et aquis in danubium fluentibus et est sicut monachus et magis tenuis et spissum habet nasum valde hoc alb.

Nauculus ut dicit plinius belua est marina et valde mirabilis hic enim in superficie equoris pervenit et ibi se exonerat emissa per fistulam omni aqua ut facilius naviget postea duo prima retorquet brachia et inter ea extendit membranam mire tenuitatis ceteris aut brachys subremigat et in medio se cauda gubernat et sic adamis liberas navigat hec albertus

Nereis dicitur quasi nerei et neptuni filia et est nimpha marina Sunt autem nereidi bestie marine sicut dicit plinius hee sunt toto corpore hispide hirsutys hirtaque spem aliam formatam cum homine harum aliqua est imitatrix condicionis Et cum mori dicitur auditur procul ab incolis gemitus eius et planctus fatetur quod tristicia mortis necessitatem amaram esse mortalibus

Nereides ut dicit plinius sunt marina secundum aliqui formam humanam pretendencia et cum mori oportet plangunt et eiulant ita quod ab incolis audiuntur hec albertus

Nigri meruli ex similitudine avium merularum sunt dicti

Sequitur de pissibus quorum nomina inchoant Ab O

Orcha ut dicit plinius animal est marinum ingens nullius figuram nisi in mense carnis repitans Et hoc animal pugnat cum balenis pugnantibus vel fetis vel etiam vitulis earum acutissimis dentibus et morsibus lacerans eos Ille autem non resistere valentes ad pelagus confugiunt Orche autem se opponunt ut eas invadunt aut cogunt quod illidant se lapidibus aut urgent se in vada arctha in quibus infigunt et moriuntur hec albertus

Orbis pissis est a figura orbis dictus quia rotundus est totusque in capite constat

Ostrea ozz plis numeri est quidam pissis dictus ab ostra grece quod est testa latine Carnis enim eius interior mollicies munitur Ostrea autem pro ipsis pissibus in neutro genere Ostree in femino pro eorum carnibus dicitur Ita dicit Isidorus ethymologiarum 12° et sunt ostrea ut dicit plinius Et ista genera concharum sive coclearum quarum carnibus miro ingenio cancri vivunt Cum enim quisque testam apiunt ut clemencioris aure delicys fruentur cancri ei impendunt Insidias repetinas et lapide inter testas ostree cancer corrodit et destruit

Ostree ut dicit plinius spes sunt concharum quibus cancri lapides inmittunt et carnes eorum devorat sicut superius diximus hec albertus

Ostreatorum ex mari que dicuntur secundum pap barcora non sunt usus corporibus eorum nisi comburem ea prius propterea quod sunt testa dura multum Sed quando adburuntur fit virtus eorum que desiccat desiccatione forti Et virtus eorum secunda est virtus que resolvit et abstergit et oportet quod terantur tritura forti donec fiant sicut pulvis Et hec est regula generalis omnium medicinarum quarum substancia est testosa et petrosa nam quando comburuntur bene fiunt sicut arena quoniam si bene terantur fiant sic farina Quando ergo adminstrantur sola conferunt apostematibus fraudulentis Et quando conficiuntur cum aceto et aqua aut cum aceto et melle conferunt iuvamento magno apostematibus putridis Sed testa earum conchilium que dicuntur ostree quando adburuntur et adminstrantur in curacione ulcerum putridorum in quibus non potest nasci caro propter fluxum humorum antiquum qui fluunt ad ea et in ulceribus in quibus facte sunt fistule et caverne conferunt Iuvamentum maxime et pone cinere eius circa ea exterius postquam miscueris eam cum axungia porcina et intus